



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopi Titvlares alique extra suam diœcesim, an sine Episcopi proprij
licentia vllum ordinare poßint. Allegatio VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

S V M M A R I V M.

- 14 Non tamen valet Episcopus dispensare cum suo familiari trienniali, alias non subdito, super illegitimitate, etiam ad minores Ordines; nec super interdictis: ita resolutum referunt Nicol. Garcia dict. cap. 5. numer. 86. Cenedo pract. & canon. quest. libr. 1. quest. 38. numer. 31. Sayr. decis. 28. & 29. sub titul. de temporibus ordinat. Prolin. dict. §. 4. prope finem, Nauar. consil. 12. & 13. sub titul. de temporib. ordinat. in nouis, praxis episcopalis dict. vers. 5. dubitatur, & vers. 6. Galett. in margarita casuum conscientia verbo Ordo pag. 194. colum. 1. Armend. dict. loco num. 48. Aloyf. Ric. dict. resolut. 266. in fine, praxis episcopalis noua dict. cap. 1. num. 15. ver. sublimitari.
- 15 Vbi dicit quod cum familiari iam ordinato collatum est statim beneficium, poterit postea Episcopus quoad interdicta dispensare, quia ratione beneficii collati, illi iam est subditus, quod etiam refert decisum Armend. num. 50. & sentit Campanil. in diuersis iuris Canonici, lib. 9. cap. 9. n. 3. & 4. vbi etiam n. 6.
- 16 Quod vbi cumque Antistes potest suum ordinare familiarem, potest etiam literas dimissorias eidem concedere, vt ab alio suscipiat Ordines.
- 17 Episcopus titularis prae-textu cuiuslibet familiaritatis, aut continuæ commensalitatiss suæ aliquem absque proprii Praelati expresso consensu, aut literis dimissoriis, ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam tonsuram promouere, seu ordinare non valet; quia ei, qui tantum est titularis talis promotio est interdicta per Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 2. ita Aloyf. Ric. in collect. 596. & dict. resolut. 226. numer. 2. ver. limita 2. Campanil. dict. cap. 9. numer. 6. praxis noua episcop. part. 1. cap. 1. numer. 15. in fine.
- 18 Vtrum autem magister actorum curiae episcopalis, vt familiaris possit ab Episcopo ordinari: vide per tradita ab Aloyf. Ric. collect. 596. ver. amplia 4. & in praxi fore ecclesiastici resolut. 471. in 2. impress. Steph. Gratian. M. arch. decis. 133. Marium Antonin. variarum resolut. libr. 1. resolut. 75. Campanil. dict. cap. 9. numer. 14.
- 19 Cardinales presbyteri tonsuram ceterosque minores Ordines conferunt suis familiaribus, Ioann. Andr. quem alij sequuntur in cap. 1. numer. 2. de suppleenda neglig. Praelat. Martin. Laudens. in tract. de Card. quest. 20. Cardin. Iacob. tract. de Concilio libr. 1. art. 12. vers. item Cardinalibus, Mayol. de irregul. lib. 4. cap. 20. num. 8. & Rota in vna Cremonen. pensionis 3. Decembris 1582. estque decisio 731. numer. 10. par. 1. diuers.
- 20 Familiaris, vt quis dicatur necesse est, vt fuerit destinatus ad aliquod certum seruitium, requiriturque & mens & dens Rota in vna Hispanen. portionis 2. Maij 1614. coram R. P. D. Andrea, & est impressa apud Farin. decis. 184. part. 1. tom. 1. vbi num. 2. & 3. deciditur familiaritatem cessare vbi cumque familiaris fuit licentiatus, & dimissus, & num. 8. quod familiaris potest esse quis licet non comedat in tinello, vt puta quia recipit portionem in pecunia, vel eam habet extra domum.
- Familiares etiam seu officiales Papae, ac familiares Cardinalium (et si Cardinales habitassent Romae) atque etiam Episcoporum in Curia residentium, qui saltem per triennium habitauerint in Vrbe, possunt de licentia ipsorum à Vicario Sanctissimi promoueri, dum tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, & alia à iure requisita, refert decisum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis in declar. numer. 49.

- 1 Episcopi titulares, si aliquem promoueat ad quemcumque Ordinem sine licentia proprii Episcopi, sunt ab exercitio pontificalium per annum suspensi.
- 2 Pius 7. summus Pontifex constitutionem edidit super creandis huiusmodi titularibus Episcopis.
- 3 Sixtus 7. aliam Constitutionem edidit contra Episcopos, & alios Praelatos in Ordinem collatione peccantes, quae postea restricta fuit per aliam Clementis 11.
- 4 Episcopus ordinans in alia diocesi absque licentia expressa ordinarij loci suspenditur à pontificalibus.
- 5 Suspenditur à pontificalibus prohibetur etiam ab his, quae sunt sibi alias vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis.
- 6 Suspenditur à pontificalibus missam priuatim celebrare non prohibetur.
- 7 Missam cum Mitra, & baculo celebrare non potest Episcopus suspendus à pontificalibus.
- 8 Episcopus si in aliena diocesi inaduerterter calices, vel corporalia benedicit à suspensione non excusatur.
- 9 Pontificalia insignia quae sint.
- 10 Episcopi qui habent diocesim, extra illam munus suum exercere non possunt.
- 11 Episcopi si contra prohibitionem aliquem ad Ordines promoueat, valide eos conferunt, licet puniri possint.
- 12 Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi intra cuius fines locus exemptus constitutus est.
- 13 Episcopus pontificalia exercere non potest in loco exempto etiam vocatus, nisi accederet licentia Episcopi diocesis, vbi locus est constitutus.
- 14 Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad subeundum munera Pontificalia in diocesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia.
- 15 Prima clericalis tonsura secundum aliquos potest conferri ab Episcopo suo subditis in aliena diocesi.
- 16 Episcopus, & Vicarius habent facultatem faciendū actus voluntarij iurisdictionis extra territorium, possuntque concedere dimissorias.
- 17 Excommunicare, & absolvere potest subditum suum Episcopus extra territorium existens.
- 18 Episcopus extra suam diocesim quando possit exercere contentiosam iurisdictionem.
- 19 Suspenditur à pontificalibus in illis celebrando, an fiat irregularis.

EPISCOPI TITVLARES
aliique extra suam diocesim, an sine Episcopi proprii licentia nullum ordinare possint.

ALLEGATIO VI.

- 1 Episcopi Ecclesiarum, quae in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, in quocumque loco etiam quatumcumque exempto, & nullius diocesis, si quem promoueat ad quemcumque Ordinem, etiam primam tonsuram, cuiusvis priuilegij, etiam familiaritatis prae-textu, si ne licentia ipsius proprii Ordinarij, sunt ab exercitio pontificalium per annum suspensi, decidit

Concil. Trident. sess. 14. de reformat. capite secundo, tenent Franc. Leo in thesauro fori ecclesiastici p. 3. cap. 8. num. 16. & p. 1. cap. 4. numero 24. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 48. q. 6. Henric. in sum. lib. 14. cap. 17. §. 3. in fine littera A. Galett. in marg. casuum conscientiae verbo Episcopus pag. 100. colum. 1. Aloys. Ric. in praxi fori ecclesiastici resolut. 495. in notabilibus de materia Episcoporum num. 1. in 2. edit.

2 Pius V. post publicationem Concilij Trident. decreto suo consistoriali sancit huiusmodi Episcopos non esse creandos, neque suffraganeos dandos, nisi Ecclesijs Cardinalium, & illis, quæ eos solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus 200. aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint.

3 Deinde Sixtus V. in sua Constit. quæ incipit, sanctum & salutare, in 2. p. Bullarj Rom. cap. 29. diuersas alias penas, & censuras ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in Ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos, tam seculares, quam regulares male promotos constituit, absolutionem, & dispensationem Sedi Apostolicæ referuando; quam Clemens VIII. ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutionis Pij Papæ II. & dispositionem decretorum sacri Concilij Triid. in omnibus, exceptis contra simoniace ordinantes, & ordinatos per eundem Sixtum V. inflicti, restrinxit atque reduxit, vt in Constitutione, & reductione de qua per Sayr. de censur. lib. 4. cap. 17. in fine, ubi etiam tenet, quod qui in penas prædictæ Bullæ Sixti V. antequam illa Clementis VIII. Constitutio edita, & promulgata fuisset, inciderunt, à prædictis penis virtute posterioris Clementis VIII. Constitutionis non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem à Summo Pontifice petere, & obtinere tenentur, ac si d. Constitutio Clementis VIII. edita non fuisset.

4 Episcopus ordinans in alia diocesi absque licentia expressa Ordinarij loci, aut ordinans de licentia Episcopi personas non subditas, suspenditur à pontificalibus, ita decidit Concil. Trident. d. cap. 2. salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. gloss. sine licentia sui Præfatus vers. 3. casus est, Tolet. in sum. lib. 1. cap. 89. vers. 3. Henric. in sum. lib. 3. de excommunicatione. c. 38. §. 1. vers. 1. Episcopus, Campanil. in diuers. iuris Canon. rub. 6. cap. 1. num. 2. & rub. 9. cap. 4. per totum, Thom. Valasc. alleg. iuris to. 1. alleg. 43. numero 18. Bonacina de censur. disp. 3. quæst. 6. punct. 5. num. 21.

5 Vtile est scitu quænam pontificalium nomine veniant, & imprimis gloss. verbo à pontificalibus, in extranagant. suscepti regiminis, de elect. docet suspensum à pontificalib. prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi alias, vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis, velur ab Ordinum celebratione, frontis Chrismatione, Basilicarum, seu Virginum consecratione, & similibus.

6 Sic igitur suspensus quamuis missam priuatim celebrare non prohibetur, vt ex reg. tex. in c. significauit de corpore vit. post Syluest. & Nau. docent Henric. lib. 13. cap. 32. numero secundo, Auila de censur. p. 3. disp. 2. dub. 2. conc. 10. aut alia facere sine ornamentis pontificalibus, quæ ei ratione sacerdotalis officij competunt, vt baptizare, pœnitentias dare, & similia, Missæ tamen sacrum cum Mitra & baculo celebrare non potest, ita Aloys. Ric. in

praxi fori ecclesiastici decis. 467. in 1. impress. & resolut. 440. in 2. impress. vbi num. 3. asserit sub hac suspensione non prohiberi exercitium iurisdictionis episcopalis, & post alios citat Pzolin. de censur. tab. 4. cap. 6. §. 6. n. 5.

8 Nec ab hac suspensione excusatur Episcopus si in aliena diocesi inaduertenter calices, vel corporalia benedicat, ita praxis Episcopi p. 2. verbo Episcopi vers. secundo, Franc. Leo in thesauro fori ecclesi. p. 3. cap. 8. num. 15.

9 Pontificalia insignia, quibus Episcopi vt possunt esse Mitram, chirotecas, baculum, dalmaticas, & sandalia testatur Isidor. Moscon. in suo tract. de mag. militantis Ecclesiæ p. 1. lib. 1. cap. 8. vers. ornamenta, quibus doctissimus Campanil. d. cap. 3. m. 3. addit muzzettam, capam pontificalem, galerum, quem duplicis formæ habere oportet, alterum quo in solemnioribus equisitionib. vtantur, alterum simpliciorem, vtumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum, iuxta modum in ceremoniali descriptum lib. 1. cap. 3.

10 Episcopi autem, qui non sunt titulares etiam extra suam diocesim munus suum exercere non possunt, nec absque licentia Ordinarij loci ordinare personas, quæ non sunt subiectæ illi Ordinarij, nisi habeant dimissorias generales à suis Ordinarijs: ita Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. Nauar. consil. 69. de sent. excommunicat. Cened. ad decretum collect. 52. nu. 1. Henric. in sum. p. 2. lib. 11. c. 3. §. 2. in fine, iuncto commen. littera S. salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. littera A. Gutier. canon. lib. 1. cap. 26. num. 26. Flamin. de resig. lib. 1. q. 17. num. 17. praxis episcopalis p. 1. verb. Archiepiscopus num. 2. pag. 16. & p. 2. verb. Episcopus pag. 45. Petr. de Ledesm. in sum. p. 1. de sacram. Ordinis c. 8. conclus. 4. dub. 4. Bonacina de censur. disp. 3. q. 6. punct. 3. num. 27. Armend. in addit. ad recopil. legum Nauaræ in li. i. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 68. praxis noua episcopalis p. 1. cap. 1. num. 46. pag. 35. Campanil. d. c. 5. num. 6.

11 Si tamen contra prohibitionem de qua per Concil. Trident. in d. cap. 5. ordinatio proprii Episcopi extra territorium fiat, valida erit: licet puniri possit, vt resoluunt Henric. lib. 11. cap. 3. §. 2. in fine littera S. & Pzolin. de potestate Episcopi c. 4. §. 14. num. 2.

12 Episcopus alienus valens conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti: sed etiam illius Episcopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus: ita referunt decisum Aloys. Ric. in praxi fori ecclesi. post resolut. 495. in notabilibus de materia Episcopi. Galett. in marg. casuum conscientiae verbo Episcopus pag. 100. col. 2. Armend. d. loco numero 35. vbi num. 68.

13 Refert etiam decisum non posse Episcopum pontificalia exercere in loco exempto, & iurisdictionis non Episcopi, sed inferioris, vocatum tamen ab ipso inferiore, sine licentia Episcopi intra cuius diocesis fines esset locus ille, etiam si ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit ad ministrandum sacramentum Confirmationis, dummodo locus istius exempti sit infra fines diocesis alicuius, ita vt non sit nullius, quia tunc non posset. Non tamen me latent verba illa posita in d. c. 5. Concil. Trident. ibi, Ordinarij loci, intelligenda de Episcopo, in cuius diocesi locus est constitutus, non de Prælato inferiori etiam exempto, si fides adhibenda sit Galett. ita decisum attestant verbo verba.

14 Nec etiam Episcopus alienus potest à Patriarcha induci ad subeunda munera pontific. in diœcesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia, quod etiam decisum referunt idem Galetr. d. verbo Episcopus, & Alosf. Ric. ubi proxime q. 14. num. 29. & 65. & in praxi beneficii rub. de ecclesiasticis & à quibus, & quomodo credentur n. 13. Henric. in sum. lib. 3. cap. 6. §. 6. quem refert & sequitur Bonocina de sacram. disp. 39. q. unica p. 2. nu. 13. quæ sententia ex supra relatis non est admittenda, illamque sibi summo opere displicere asserit Campanil. in divers. iuris Canonici rub. 6. cap. 1. num. 2.

16 Episcopus & Vicarius habent facultatem faciendi actus voluntaria iurisdictionis extra territorium, prout resolvunt Prolin. d. §. 14. n. 4. Card. Tusch. lit. 1. concl. 546. Stephan. Gratian. disceptation. forens. c. 127. à princip. & num. 6. asserit, quod possunt concedere dimissorias in aliena diœcesi.

17 Sic etiam Episcopus extra territorium existens potest excommunicare, & absolvere subditum suum, ut tenet Gonzal. ad regulam 8. Cancel. gloss. 62. num. 12. ubi num. 11. resolvit quod potest.

18 Episcopus extra suam diœcesim iurisdictionem contentiosam exercere potest, quando causa commissio non vertitur, & effectus confertur in suam diœcesim, de quo etiam Grat. d. cap. 127. n. 8. vel quando Episcopus diœcesis permetteret, modo litigantes in id consentiant, ut post alios resolvit Prolin. d. §. 14. num. 4. vers. secundo excipitur.

19 Quæstio est in hac materia difficilis, an scilicet suspensus à pontificalibus in illis celebrando fiat irregularis: partem negativam tenet gloss. verbo Sacerdotalis vers. scias in cap. 2. de officio deleg. lib. 6. sequuntur Innoc. in cap. 1. verbo à divinis de sentent. excom. eod. lib. D. Antonin. p. 3. sum. tit. 28. cap. 4. ultra med. Cov. in Clem. si furiosus p. 1. §. 1. num. vers. secundum, Jacob. de Grassis in aureis decis. lib. 4. cap. 15. num. 3. qui in eo præcipue nituntur, quod pontificalia non sunt de substantia Ordinis, celebrationis, aut officij, cum sine illis quodlibet officium fieri possit. Contrariam tamen sententiam tenuerunt Calderin. in tract. de interdicto meo. 2. q. 3. Navar. in man. cap. 27. num. 163. vers. ex quo infertur primo, Rinal. in candel. tit. de suspens. numero 146. moti ex eo, quia cum episcopatus per se Ordo sit, celebrare in apparatu episcopali, seu pontificali est exercere actum proprium Ordinis episcopalis, à quo Episcopus suspensus est, succeditque proinde reg. tex. in cap. 1. in fine vers. sciturus de re iudic. lib. 6. inter quas tamen opiniones elegantem distinctionem tradit Prol. de censuris lib. 1. cap. 14. §. 1. num. 2. quam melius explicat san. eod. tract. lib. 4. cap. 16. num. 17. cum duobus sequentibus, ubi plene videri poterit.

- 1 Referuntur Doctores, qui agunt de materia huius allegationis.
- 2 Accedente licentia, & consensu proprii Episcopi, potest alienus non suo subdito Ordines conferre.
- 3 Dimissorias usus antiquissimus.
- 4 Dimissorias concedere possunt, qui ad Ordines valent promovere.
- 5 Dimissoria ab Episcopo excommunicato, vel suspensio declarato non sunt valida, possuntque subditi se facere ordinari à viciniori Episcopo.
- 6 Inferiores Prelati dimissorias concedere nequeunt, nisi ex consuetudine legitime præscripta, aut alio peculiari iure potestatem acquisissent eas dandi.
- 7 Abbates, alijque exempti hodie huiusmodi dimissorias clericis secularibus concedere non possunt.
- 8 Ordinarius privative ad Episcopum habens ius visitandi, & congregandi Synodum, potest dimissorias concedere.
- 9 Vicarius generalis Episcopi sine speciali mandato huiusmodi dimissorias concedere non potest.
- 10 Capitulum sede vacante, non nisi elapso anno à die obitus Præsulis, potest dimissorias concedere, nisi archiepiscopi, sub certis poenis.
- 11 Amplia etiam si Capitulum haberet territorium distinctum ob immemorabilem possessionem.
- 12 Vicarius à Capitulo sede vacante concedens dictas dimissorias non archiepiscopo, & ante elapsum annum, quas poenas incurrat?
- 13 Vicarius Papæ non prohibetur, etiam si statim post vacantem sedem, dimissorias impartiri.
- 14 Capitulum sede vacante ante lapsum anni vacationis sedis potest obtinere facultatem à sede Apostolica de suscipiendo Ordine, cum licentia sui Ordinarii, huiusmodi facultatem subordinatam concedere.
- 15 Privilegium obtinens à sede Apost. ad recipiendos Ordines à quolibet Episcopo, non indiget novis literis dimissorialibus, sed testimonialibus tantum proprii Ordinarii de vita, & moribus.
- 16 Capitulum sede vacante potest concedere literas testimoniales, licet concedere nequeat dimissorias.
- 17 Capitulum sede vacante potest extero Episcopo concedere exercitium pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum, non tamen subditorum vacantis sedis.
- 18 Regulares Superiores suis monachis dimissorias concedunt.
- 19 Dimissorias cum antiquitus Episcopi dabant, non eum examinabant cui concedebant, at illum Ordinario examinandum dimittebant.
- 20 Episcopo hodie præcipitur non ordinandum dimittat, nisi examinatum, & approbatum.
- 21 Episcopus ex alia legitima causa, quam ægritudinis, potest dimissoriales literas subditi concedere ad Ordines apud alienos Episcopos recipiendos.
- 22 Episcopus cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, potest illum iterum examinare.
- 23 Dimissoria semper valent, tum vivente, tum defuncto dante.
- 24 Dimissoria data à Capitulo sede vacante per ingressum moderni Episcopi non expirant.
- 25 Episcopus novus potest per edictum omnes, & quasque dimissorias à prædecessoribus, siue à Capitulo sede vacante concessas, renovare.
- 26 Pro dimissorijs ad ordines recipiendos, nihil recipi debet ab Episcopo, eiusque ministris.
- 27 Notarius pro singulis dimissorijs, seu testimonialibus

litteris decimam partem vniuersi aurei recipere tantum potest, nisi salarium sit ei constitutum, vel consuetudo ad sit nihil accipiendi.

28 Notarius post confecta instrumenta, & tradita partibus, potest quod ab ordinatis sponte offertur, accipere.
29 Episcopus absens à sua diocesi potest suis subditis dimissorias concedere.

EPISCOPVS DIMISSORIAS

litteras, quibus, & quando concedat?

ALLEGATIO VII.

1 **D**E materia huius allegat. late agunt *Rega tom.*

2. de *Curis* cap. 14. §. 8. num. 31. *Rebuff.* resp.

2. *Fr. Emman.* in *sum.* p. 2. cap. 14. num. 2. & *quest.*

Regular. tom. 1. q. 18. art. 1. *Hemig.* in *sum.* lib. 10. c. 23.

8. 3. *Petr. Iedema* in *sum.* p. 1. de *sacram.* Ordinis cap.

8. *Azgr.* in *lit.* moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. q. 7. & p. 2.

lib. 3. cap. 48. q. 15. vers. *ceterum*, praxis *Episcop.* p. 1.

verbo *Abbas*. *Flores de Mena* vari. lib. 3. q. 24. num. 4.

& m. 32. *Thom. Palasc.* alleg. iuris to. 1. alleg. 3. num.

6. *Campanil.* in *diuersorio* iuris *Canonici* rub. 9. cap. 7.

& 8. plures ex antiquiorib. referunt *Cened.* ad *De-*

cretal. collect. 105. praxis noua *Episcop.* p. 1. cap. 1. à m. 11.

2. *Accedente* licentia, & consensu proprii *Episcop.*

potest alienus non suo subdito Ordines con-

ferre c. *Episcopum* 9. q. 1. & cap. 1. in *intro* c. cum nullus

de *tempor.* ordinat. lib. 6. hic autem consensus litte-

rarie præstandus est ex *Felino* in cap. *super his* vers.

secunda. & *ultima* concl. sub num. 13. de *accusat.* vbi *In-*

noc. *Rebuff.* in *praxi* *benefic.* rub. *forma* *dimiss.* *litterar.*

num. 34. Præfate autem litteræ, dimissoriae vocan-

tur à *Concilio* *Trid.* sess. 23. de *reformat.* cap. 10. & sess.

7. de *reform.* cap. 10. vbi etiam *Reuerendæ* dicun-

tur, quo nomine *Hispani* vtuntur.

3 Illarum vsum antiquissimum fuisse non dubita-

tur, tempore quidem *Diui Augustini* eas extitisse

atque in vfu fuisse testatur *ipsemet* in *epistola* ad *cle-*

rum Hipponen. 137. vers. *cum istamet causa* & tempo-

re *Concilij* *Niceni* in cap. 2. dist. 73.

4 Dimissorias concedere possunt cuncti *Episco-*

pi, quos attendit iuris sanctione, priuilegio, vel con-

suetudine, ad ordines valent aliterum ex *glos. fm.* in

cap. *nullus* de *tempor.* ordinat. in 6. is enim potest di-

missorias concedere, qui & ordinate potest c. 1. 62.

dist. *Seraph.* decif. 985. num. 3. *Campan.* rub. 6. cap. 3.

nu. 13. *prope finem*, eo quod potest quis per alium

facere quod per se ipsum exequi non detinetur ex

reg. potest quis, de *regulis* iuris, in 6.

5 Nisi fuerit excommunicatus, vel suspensus de-

claratus, tunc enim dimissoriae ipsius non vale-

rent, sed subditi possent se facere ordinari à vic-

iori *Episcopo*: incumbit tamen ipsis onus pro-

bandi *Episcopum* fuisse excommunicatum c. 2. de

tempor. ordin. in 6. praxis noua *Episcop.* d. capite primo,

num. 13.

6 Inferiores autem *Praelati* eas nequeunt conce-

dere, nisi à Sede *Apof.* fuerit eisdem specialis da-

ta potestas, ex d. cap. cum nullus §. inferiores; aut nisi

aliquo peculiari iure potestatem acquisissent eas

dandi, per ea quæ scribit *Panorm.* in cap. *accedenti-*

bus num. 2. de *excess.* *Praelatorum*, præsertim ex con-

suetudine legitime præscripta, iuxta *glos.* verbo *in-*

dultum in d. §. inferiores, resoluunt *Capell.* *Theof.*

decif. 451. *Petr. Greg.* *Synagm.* iuris li. 40. cap. 2. num.

19. *Campanil.* d. rub. 9. cap. 8. num. 2.

7 Exemptis olim licebat huiusmodi dimissorias

impartiri ex d. cap. cum nullus vbi *Joan. And.* nu. 2.

Anch. ver. in exemptis sub num. 3. & *Franch.* num. 5.

Hodie tamen iure nouiori *Concilij* *Trid.* sess. 23. de *re-*

format. cap. 10. neque ipsi *Abbate*, neque alij etiã

exempti, aut collegia, vel *Capitula* quæcunque

etiam *Ecclesiarum Cathedralium*, litteras dimissor-

ias clericis secularibus, vt ab alijs Ordines susci-

piant, concedere valent, vnde *Hemig.* in *summa*

lib. 10. cap. 22. §. 3. affirmat personas quilibet

extra *Praefulem*, etiam habentes iurisdictionem

quasi *episcopalem* contentiosam & voluntariam,

nequire dicta elargiri licentiam, & in *commento* *lit.*

T. attestatur ita *Roma* obtinuisse *Episcopum* *Sal-*

mantican. in an. 1581. cõtra *Capitulũ* suæ *Ecclesiæ*.

8 Nisi tamen esset *Ordinarius* priuatiuè ad *Ep-*

iscopum, iusque haberet visitandi, & congregandi

Synodum, contra quem non intrare dispositio-

nem *Concilij* *Trid.* sess. 23. cap. 10. defendit *Stephan.*

Grat. *discept.* *forens.* tom. 2. cap. 112. quem refert, &

sequitur *Campan.* d. cap. 8. num. 4.

9 *Vicarius* generalis *Episcopi* huiusmodi dimis-

sorias litteras concedere non potest, cum ad id *vi-*

cariatus officium non extendatur, nisi *Episcopo* in

remotis agente, d. c. cum nullus, ibi, *officialis*, & in §.

Episcopo, vbi *glos.* verbo *remotis*. *Anton. Cuch.* lib. 2. in-

stit. *maiorum.* tit. 8. m. 110. *Mandos.* ad *reg.* 24. *Cancel.*

q. 6. n. 9. & 10. *Rebuff.* in *praxi* in *forma* *vicariatus*. nu.

47. *Iacob. Sbroz.* de officio *vicarij* li. 2. q. 41. *Petr. Gregor.*

Synag. iuris lib. 16. cap. 9. post num. 3. *Gutier. Canonie.*

lib. 2. cap. 17. numero 20. praxis *Episcop.* p. 2. verbo *vic-*

arius §. 4. *Azgr.* in *lit.* moral. p. 2. li. 3. cap. 45. q. 7. *Rego-*

lin. de officio, & potestate *Episcopi*, cap. 4. §. 7. vers. *quin-*

to dimissorias, praxis noua *Episcop.* d. cap. 1. nu. 13. vers.

concedit. *Narbona* de appellat. à *vicario* ad *Episcopum*

p. 1. n. 197. *Campanil.* d. cap. 8. num. 3.

10 *Capitulo* Sede vacante antiquitus libera con-

cedebatur facultas dimissorias illico concedendi,

per d. cap. cum nullus, quæ nouissimo iure *Concilij*

Trid. sess. 7. de *reformat.* c. 10. restituta est, vt non nisi

elapso anno a die obitus *Praefulis* numerado, queat

dimissorias concedere, præterquam illi, qui alicuius

beneficij recepti, vel recipiendi, arctatus fuerit,

alias *Capitulum* contraveniens *ecclesiastico* subiac-

eat *interdicto*, & ordinati si in minoribus *Ordini-*

bus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, ma-

ximè in criminalibus, gaudeant, in maioribus vero

ab executione *Ordinum* ad beneplacitum futuri

Praelati, sint ipso iure suspensi: vide *Emman.* sã verbo

Ordo num. 29. *Rebuff.* in *praxi* *benef.* tit. de *denolur.* num.

67. *Card. Tolet.* in *sum.* li. 1. cap. 49. num. 2. *Nauar. conf.*

44. de *tempor.* ordinat. *Sayr.* decif. 65. eod. tit. praxis

Episcop. p. 1. verbo *Capitulum* in *princip.* pag. 83. *Petr.*

de *Iedema* in *sum.* p. 1. de *sacram.* Ordinis cap. 8. con-

cl. 3. *Hemig.* lib. 10. cap. 22. num. 3. *Azgr.* d. p. 2.

lib. 3. cap. 49. q. 5. *Soar.* tom. 5. de *cenfuris* disp. 31. sess.

1. num. 20. prax. noua *Episcop.* p. 1. cap. 1. numero 13.

vers. *Capitulum*. *Formar.* de *sacram.* Ordinis cap. 4. nu.

4. *Francisc.* *Leon.* in *thesauro* *fori* *eccles.* p. 3. cap. 8. num.

47. cum sequentibus, *Reindina* in *promptuario* *recept.* *sen-*

tent. tom. 1. tit. 10. à num. 1. *Campanil.* d. cap. 8. num. 5.

Donacina de *sacram.* disp. 8. quæst. vni. puncto 4. nu-

mero 22. *Quaranta* in *summa* *bullarj* verbo *Capitulum*.

11 Sede vacante, vers. decimo quarto, vbi ampliatur

procedere etiam si *Capitulum* haberet territorium

distinctum, & exemptum ob immemorabilem pos-